Cum dixit opiniones opi-
nes antiquorum et destruxit eas fecit
rememorationem de hoc et dixit. Isti igitur sunt ser-
mones etc. Deinde dixit. quod oportet volumus nos etc.
i. et cum iam declarata sunt impossibilia contingentia
opinionem illorum in gravi et levi. volumus nar-
rare de natura eorum perfecte. i. ut sermo noster sit con-
veniens omnibus modis gravis et levis et omnibus
sensibilibus contingentibus modo gravis et levis
simplicia et composita. quoniam hoc facto verificabun-
tur cause quas diximus et quia principium contem-
plationis in hoc est considerare in causis actio-
num provenientium ab hiis duabus naturis
scilicet motus ad superius et motus ad inferius
autem. scilicet volumus ante perscrutari etc. i. scilicet in-
situm est nobis principium perscrutationis de
hoc est perscrutari primo quare quedam horum
corporum moventur ad superius simpliciter
motu naturali ut ignis. et quedam moven-
tur ad inferius simpliciter et naturaliter ut terra
et quedam ad utramque partem non simpliciter
ut aqua et aer. et hoc quod dixit manifestum est.
quoniam aliquis scivit quod quedam corporum movent
superius et quedam inferius et quedam ad utrumque
cum ex suis causis universalibus inducetur ex
hoc illi via ad cognoscendum causas facientes
istas motus et quia manifestum est per se quod gra-
vitas et levitas sunt cause agentes istos
motus. manifestum est quod cum aliquis sci-
verit naturas quibus fiunt isti motus scilicet
naturam gravis et levis simpliciter et secundum com-
parationem et ideo dixit primo. Deinde dicemus post
de gravi et levi. i. deinde post hoc dicemus
quid est grave et leve simpliciter et dabimus
causas passionum existentium in eis et
narrabimus qua de causa habent talem na-
turam et dixit de hoc quia ex istis erit
cognitio perfecta.

Dicemus quod igitur.

Dicamus igitur quod causa mo-
tus quorundam elemento-
rum ad superius et quorum-
dam ad inferius est locus
quoniam unumquodque eorum
movetur ad corpus sibi
conveniens. et verificatio
huius est. quia quod oportet
similiter quod motus est eo-
rum sunt similes ceteris
alterationibus et generatio-
ni. cum enim motus sit tri-
plex aut in magnitudine
et longitudine aut in
forma aut in loco. videmus
enim quod quodlibet is-
torum motuum transfertur
a contrario ad contrarium
et ad ea que sunt in hoc.
et non transfertur motus
ad quodlibet motum et
similiter res mota non mo-
vetur quolibet motu. sed sicut
alteratum aliud est ab eo
quod crescit. sic alterans et
est ab eo quod augmentat
secundum igitur hunc modum
debemus intelligere rem
motam et motorem eius mo-
tu locali. scilicet quod non quolibet
motum secundum locum non
movet quodlibet motum
et cum ita sit et superius
et inferius sunt etiam et
motor ad ista duo loca
est istud quod aggravat
et elevat. et res mota est